



12577<sup>1</sup>

41

C. D.

# DISPUTATIO

NONA,

AD TITULUM

DE

# VERBORUM

ET RERUM SIGNI-  
FICATIONE,

QUAM

DEO JUVANTE

CONSENSU

AMPLISSIMÆ FACULTATIS

JURIDICÆ,

*In inclytā Boruss. Academ.*

DISQUISITIONI SUBMITTUNT

PRÆSES

THEODORUS WOLDERUS, U. J. D.

PROFESSOR PUBL. PRIMARIUS, SAMBIEN-

SIS CONSISTORII ASSESSOR. h. t. DECANUS.

ET

RESPONDENS

AMANDUS CUNRADI, Sor. Lusat.

die Martii Anni 1666.

H. Lq. C.

---

REGIOMONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, Elect. Brand. & Acad. Typogr.



§ II  
Sicut in Testamento legitur quod illi sunt scilicet  
quos leges tenent liberati sunt illi liberati; nec  
eum recedat & vult aliud tamen vult scilicet etiam  
liberati sunt.

Explicite dicitur quod in Testamento dicitur liberati sunt illi  
quos leges tenent; hoc vult significare quod si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum; et si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum.

Explicite dicitur quod in Testamento dicitur liberati sunt illi  
quos leges tenent; hoc vult significare quod si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum; et si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum.

Explicite dicitur quod in Testamento dicitur liberati sunt illi  
quos leges tenent; hoc vult significare quod si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum; et si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum.

Explicite dicitur quod in Testamento dicitur liberati sunt illi  
quos leges tenent; hoc vult significare quod si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum; et si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum.

Explicite dicitur quod in Testamento dicitur liberati sunt illi  
quos leges tenent; hoc vult significare quod si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum; et si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum.

Explicite dicitur quod in Testamento dicitur liberati sunt illi  
quos leges tenent; hoc vult significare quod si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum; et si quis  
liberatus fuerit a legibus tenentibus eum liberatus est  
et non tenetur legibus tenentibus eum.



## §. II.

Si quis ita in Testamento scripserit, siquid filio meo acciderit: Damas servus meus liber esto, mortuo filio liber erit: licet enim accidat & vivis aliquid, attamen vulgi sermone etiam Mors denotatur.

Explicat hic Ictus, quidnam vulgi sermone in datis libertatibus & reli- *Expositio:*  
quis casibus denotari solet voce accidere, & putat significare ultimum  
quod hominibus accidere solet, ut tum demum cum filius mortuus fuerit  
Servus fiat liber, vel arbitror hic accidere idem esse quod humanitus acci-  
dere, hominibus autem nihil frequentius accidere solet, quam ut morian-  
tur. & ita video hunc locum explicare *Alciat.*

*Vid. princ. Inst. de donat. l. 41. §. 12. delegat. 3. l. 26. de posses. 5. ad S. C. Leges.  
Trebell.*

Si enim condicio hæc de quovis accidenti intelligenda esset frustra appo- *Ratio,*  
sita videretur, cum quotidie pluribus accidentibus obnoxii sint homines,  
& singulis fere momentis bona & mala experiamur, adeoque singulis his-  
ce exiltentibus omni etiam hora declarari liber debeat.

Quamquam autem & civilis mors seu capitis deminutio maxima vel *Restitutio*  
media, mors vocetur, adeoque accidentis voce comprehendi possit, tamen  
de ea vero similiter non sensisse contrahentes arbitrat *Baldus in Rubr.  
C. de deposit. §. ex eo Alciatus.*

Imperiti Testatoris verba ex vulgi sermone explicanda sunt.

Potest quis Filium & vivum & mortuum alteri relinquere *Alciat. circa Neg. sup.  
sup. ex Lancell. l. Centur. infra.*

*Acciderit nato siquid servum voluisti  
Libertum? mors est, huic superanda prius*

*Versus*

## LEX CLXIV.

Nomen Filiarum & in posthumam cadere, quæstionis non est,  
quamvis posthumæ non cadere in eam, quæ jam in rebus  
humanis sit, certum est.

Posthumus dicitur is, qui post humatum Patrem natus est, hunc, quoni- *Expositio*  
am nomen filii generale est, & tam ad natos quam nascituros spectat, etiam  
vox filii comprehendit, quemadmodum vox filiæ etiam Posthumam, sed  
non vice versa posthuma dici potest quæ jam in rebus humanis est.

R 3

Vid

*Leges.* Vid l 5. de Test. Tut. S. 4. de Tut: l. 7. de stat. homin. l. 13 cum seq de quest. i. in jur. fac.

*Ratio.* Ratio prioris membri est, quod nascituri seu posthumi quotiescunque de ipsorum commodo agitur jam habeantur pro vivis. S. 4. Inst de Tut:

Posterioris, quia id quod, re ipsa in rerum natura est, non opus est ut fingamus tale esse, quale jam est, nam fictio juris, natura & veritati convenire debet.

*Expositio.* Quando autem Testator nullatenus mentionem fecit posthumorum, non videbitur credidisse nascituros posthumos, ergo nec creditur respexisse ad eos, quamquam proprietate verborum sub filiis contineantur, nisi necessario posthumi admitti deberent, quod fit in institutione; & corrueret enim alias Testamentum.

*Notandum.* Posthumus propter derivationem cum inspiratione scribendus. Gald. d. n. 6. h. l. l.

Posthumus etiam hodie Jure scil. Novo exheredari potest, l.

*Filia si scripta est heres, & posthuma scripta est,*

*Versus.*

*Jam nata est nunquam posthuma jure venit.*

### §. I. l.

Portionis nomen non semper dimidiam significat, sed prout est adjectum, potest enim juberi aliquis & maximam partem, posse & vicesimam & tertiam, & prout libuerit. Sed si non fuerit portio adjecta dimidia debetur.

*Exemplum.* Quomodo portionis vox appositae sumenda sit, explicat JCTus, si quidem, adjectus sit modus, ut si dixerit, quartam, quintam, portionem, standum est ipsius verbis, si non addiderit, media pars debetur.

*Leges.* Vid. lex 43. de usufruct. legat. l. 19. S. fin. de legat. l. 1.

*Ratio.* Ratio prioris membri est hæc, quod præcise standum sit verbis Testatoris, ut cui in re propria licitum est rem partiri, eo quo voluit modo, neque ipsi poterit objici inæqualitas ab alterutra parte, quia neutri quicquam debebat; sed liberaliter in utramque conferebat.

Alterius est, quia nulla pars magis æqualis est, quam dimidia, præsertim cum pars dicatur à pari, quod partes simul junctæ pares sint, vel æquales toti. Goedd. b. l. 1.

*Notandum.* Potestas rem venditam a socio reluendi, etiam rei competit. qui millesimam saltem in re partem habet. Bald. l. 1. C. Comm. serv. manum. non

Non saltem ob causas in *Novella* enumeratas, sed & similes & majores, potest quis portione legitima privari.

*Si sibi Testator partem sine nomine confert*

*Est media, in reliquis quam dedit ille tene.*

*Versus.*

Habere; sicut & pervenire cum effectu accipiendum est.

*Vid. l. 77. h. 1.*

### LEX CLXV.

Venisse ad heredem nihil intelligitur nisi deducto are alieno.

Docet I Cuius quænam hereditas proprie ad nos pervenerit, & quis proprie & cum effectu heres vocari possit; responderi autem eam esse hereditatem, illum esse heredem, qui deduxit are alienum, adeoque residuum secum habet cum effectu, ut revocari a se non possit.

*Expositio.*

*Vid. l. 164. §. fin. de l. 26. de leg. 1. l. 29. §. 2. de legat. 3.*

*Leges.*

Illud enim proprie ad nos venit, quod cum effectu nostrum est quod ita pervenit, ut avocari non possit: Sed hereditas in specialiori significatione accipitur pro tali quæ avocari nullatenus possit.

*Ratio.*

Heres confectioem Inventarii negligens, Jus suum amittit.

*Prose.*

Hereditas non, raro titulus onerosus est.

*Heres esse cupis; deducas are alienum.*

*Versus.*

*Namq; hoc deducto cætera rata manent.*

### LEX CLXVI.

Urbana familia & rustica; non loco, sed genere distinguitur potest enim aliquis dispensator; non esse urbanorum servorum numero, velut is, qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet & tamen multum abest a Villico. Insularius autem urbanorum numero est.

Exponere hic vult I Cuius servi si legati sint, quales intelligantur, & quidem si urbana familia adjecta sit, servorum usus est aspiciendus, si rustica itidem est attendendum: considerandam samen apprimè docet Testatoris morem, ut sciam quibus officiis hos vel illos servos adhibuerit.

*Expositio.*

Quemadmodum enim prædia urbana & rustica non loco, sed usu distinguntur l. 27. h. Ita etiam servi non ex illis locis in quibus versantur, sed ab officiis seu ministeriis, quæ præstant Dominis suis, nomen accipere hic dicuntur.

*Ratio.*

R 3

Aliter

**Restrictio.** Aliter seres habet si Testator dixerit, lego tibi familiam quæ in urbe est, ibi enim locus exprimitur & debentur etiam illi, qui rusticis negotiis vacent, quia sunt in urbe *l. 21. de suppell. legat. Cujac. b. t.*

**Expositio.** Exemplum proponit ipse ICTus. dispensator est œconomus, qui domum curat & victui præest. Insularius est custos insulæ seu ædificii, area vel publica vel privata circumdati *Alciat. n. 5.* & quanquam Dispensator regulariter urbanus servus sit, accidere tamen possedocet, ut Dominus ex ipso quasi villicum, seu talem, qui præter rationes rusticas, etiam agriculturam curet, constituat.

Videmus itaque totum hoc negotium dependere a voluntate Domini, ut is servus habeatur urbanus, quem negotiis urbanis etiam ruri habitantem præfecit, is rusticus, quem rurestribus etiam in urbe degentem addixit.

**Versus.** *Munia distinguunt servos, sic rustica ruri  
Præstantur, solus s. Civica civis amat,*

Pernoctare extra urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in urbe est, per, enim totam noctem denotat.

**Expositio.** Agit hic ICTus de significatione vocis pernoctare & dicit denotare totam alicubi noctem consumere, seu peragere, unde qui alicui aliquid promisit, si pernoctasset certo in loco, non cogetur id præstare, seu satisfacere alteri nisi per totam noctem ibi commoratus fuerit.

**Ratio.** Rationem desumit ICTus a natura præpositionis per, quæ integrum quid, & perfectum, adeo quæ rei consummationem denotat, quemadmodum & luna pernox dicitur quæ totam noctem lucet. Alciat, & perdonare, plenam errati concedere veniam, ut habet Cujac. quanquam dubitem apud Classicos, ulli hanc vocem ita usurpari, unicum si excipias Quintilianum ex quo laudatus Cujac.

**Restrictio.** Bene tamen monet Alciat hanc rationem desumptam a vi præpositionis per, non esse perpetuam, nam & perorare is dicitur, cui finis orandi demanatur, perfidus etiam & perjurus ille dicitur, qui semel tantum fidem fregit aut contra juramentum, quicquam fecit.

**Notandum.** Mulieri, in scio, & invito marito, citra justas causas, extra domum pernoctare non licet.

**Versus.** *Abfuit is pernox, qui tota nocte moratus  
Est alibi, namque hoc Distio PER voluit.*

Lex



## Lex CLXVII.

Carbonum appellatione materiam non contineri, sed an ligno & fortassis quis dicet, Nec lignorum: Non enim lignorum gratia habuit. Sed & Titiones & alia ligna cocta, ne fumum faciant utrum ligno? an carboni? an suo generi adnumerabimus? & magis est ut proprium genus habeatur. Sulphurata quoq; de ligno æque eandem habebunt definitionem: Ad faces quoq; parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hæc fuerit voluntas testatoris. Idem & de nucleis olivarum, sed & de balanis, vel si qui alii nuclei. De pinu autem integri strobili ligni appellatione continebuntur.

Pro balanis habent nonnulli Codices bellariis minus acuratè, quid *Lellio.* enim bellaria ad hanc materiam.

*Materiam non contineri.* Materia proprie est illud quod ædificii, vel alterius operis conficiendi causa habetur. *Extensio.*

*Sed an ligno.* Ligni vox vel sumitur generaliter & denotat omne id quod ligni speciem habet, unde materiam sub sese continet: specialiter quatenus comburendi causa saltem habetur, non ut quid exinde extruatur vel fulciatur.

*Non enim lignorum gratia habuit.* Nemo enim id comburendi causa habet, quod jam combustum est, & carbones ad alium usum spectant.

*Sed & Titiones.* Sunt torres ex foco extracti, & ne fumum faciant semusti extincti.

*Ligna cocta.* Sunt sole aut igne arefacta & amurca conspersa cum in finem ne fumum faciant.

*Sulphurata.* Sunt ligna sulphure ilita ad accendendas candelas.

*Nuclei olivarum.* Sunt ossa seu cortices, putamina.

*Balani.* Βάλανι generaliter acceptus omnem glandem denotat, specialiter autem significat glandem palmularum, hos fructus Ægyptus & Syria producit, & puto ex iisdem confici vinum, quod ibidem locorum habetur, quanquam varios fructus adferat, ut videre est in itinerariis eorum, qui noviter has oras lustrarunt: putant alii aliam marem, aliam faminam esse vid. *Alciat ex Galen.*

*Siro.*

*Strobili.* Sunt nuces piceæ die Tannäpffel. Præcedentia quidem, Titiones, ligna cocta, sulphurata, nuclei, balani quoniam specialem & a ligno separatum usum habent, etiam speciali nomine veniunt; Strobili autem cum tantummodo ad comburendum iisdem utamur poterunt lignorum appellatione comprehendi.

*Leges.*

Vid. l. 55. & seq. de legat. 3.

*Restrictio.*

Hæc quidem ita se habent, si non aliter constet de voluntate Testatoris, ceterum hoc si sit. standum omnino ipsius arbitrio, in tantum, ut si & materiam ligni nomine venire velit, id contra usum vocis admittendum sit.

*Exemplum.*

Exemplum desumi potest ex l. 55. de legat. 3. Ubi is cui ligna legata sunt, arborea materia, seu ædificii causa succisas non consequitur.

*Præscriptio.*

Qui lignorum in genere usum concedit non denegasse videtur ea ligna quibus ad structuram ædificii indigemus.

*Versus.*

Comburenda tibi qua tradita ligna vocabis  
Materia, aut proprium cætera nomen habent.

## Lex CLXVIII.

Pali & perticæ in numerum materiae redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

*Expositio.*

Diximus Ligna ea esse, quæ comburendi causa nobis concessa, materiam ædificandi, fulciendi, extruendi.

*Pali itaq;* seu ligna acuta, quæ in terram defiguntur ad fundanda vel fulcienda ædificiorum fundamenta, aut ad castra munienda, claudendos hortos, aut sustinendas vites.

*Perticæ.* Sunt baculi oblongi, qui ad statuminandas vites adhibentur, cum itaq; videamus non comburendi causa hæc concedi, merito etiam lignorum nomine non venient.

*Restrictio.*

Aliter seres habet, cum propter vetustatem in vinea usu esse non possunt, tum enim solent patres familias eiusmodi palos comburere. *Alciat. circa asse.*

*Exemplum.*

Vi. l. 16. §. I. de instrum. & instrum. legat. ubi legato ligno, pali & perticæ, utrunq; ex ligno sint, non debentur.

*Versus.*

Perticæ cum palis veniunt haud nomine ligni,  
Namq; hæc comburi vinea culta negat.

Lex

## LEX CLXIX.

Non tantum in traditionibus, sed etiam in emptionibus, et stipulationibus, & testamentis; adjectio hæc, uti optimus maximusque est, hoc significat ut liberum præstetur prædium, non etiam, ut servitutes debeantur. vid. l. 90. h. t.

## LEX CLXXX.

Heredis appellatione omnes significari successores credendum est & si verbis non sunt expressi, v. l. 65. h. t.

## Lex LCXXI.

Pervenisse ad se recte dicitur, quod per te ad alium pervenit, ut in hereditate a liberto per Patronum, filium familias patri ejus adoptivo acquisita responsum est. vid. l. 77. b. t.

## Lex CLXXII.

Liberti appellatione etiam libertam contineri placuit. vid. l. 1. b. t.

## Lex CLXXIII.

Collegarum appellatione continentur qui sunt ejusdem potestatis.

Collegæ non dicuntur a colligando, eo quod simul habitent, seq; colligent sed ab eligendo, quasi in idem munus eligantur; & hoc explicat hic *Expositio.*

*ICTUS.* *Ejusdem potestatis.* Potestatis vocabulum hic latius accipitur, non solum pro ea quam habet magistratus l. 215, h. t, sed aliorum etiam qui simul lecti sunt & qui in unum corpus quasi assumpti. *Leges.*

*Vid. l. 215. b. t. l. 1. de Tut. l. 1. de Magist. conven. l. ult. de heredit. dec.*

Collegiorum placita peculiaria, magnam sæpè cladem adferunt Rebus, nullius igitur momenti, si a principe confirmata non sint. *Rebus.*

*Collegas dices queis competit æqua potestas  
Pars major tamen hic totius instaret.*

*Versus.*

S

§. I.

§. I.

*Lectione.* Qui extra continentia urbis abest ceterum usq; ad continen-  
tia non abesse videbitur.

*Expositio.* Vulgari Codices legunt qui extra continentiam, in foeminino genere,  
sed recte dicit Alciat. hoc non admittere proprietatem latini sermonis, le-  
gendum ergo in genere neutro.

Verbum abesse sumitur vel absolute, vel relate ad certos actus. Absolute  
denotat eos qui vel revera defierunt esse ut mortui, vel fide, ut servi qui ci-  
villiter aequiparantur mortuis. Relate varie sumitur prout hujus vel illius  
actus natura hoc ipsu exposit. In Usucapione absens est, qui non in eade cum  
re usucapienda provincia est. *l. si. i. i. praeser. long. temp.* In iudicio, qui in  
eadem urbe est sed latitat. *l. 199. b. c.* In actibus qui animi praesentiam re-  
quirunt, qui adest quidem corpore sed mente abest hoc est non percipit ea  
quae aguntur.

Hac lex obtinet in dandis tutoribus, illienim si ibi non sint ubi dantur  
hoc est extra continentia urbis pro absentibus habentur. *§. 19. Inst. de  
excus. Tut.*

*Notae.* Absentium Procuratores remratam haberi aut iudicatum solvi, satisda-  
re debent, praesentium non item *Glossa. l. praesens de procurat.*

*Verse.* Tutor abest dandus quem nulla suburbia celant  
His si claudatur tutor abesse nequit.

LEX CLXXIV.

Aliud est <sup>so</sup> permittere furem non esse, aliud furto noxaque so-  
lutum. Qui enim dicit furem non esse, de hominis pro-  
positio loquitur. Qui furto noxaq; solutum nemini esse  
furti obligatum.

*Extensio.* Dominus qui alteri servum aliquem vendebat tenebatur praestare eum  
furto noxaq; solutum; quidnam vero inter hanc phrasin & inter furem non  
esse inter sit edisserit hic Jctus, dicit phrasin priorem.

*Furem non esse.* ad mores servi referendam esse, nempe quod dicat vendi-  
tor servum nunquam furtum commisisse, seu semper fideliter res domini  
administrasse.

*Furto noxaq; solutum.* autem id denotare, dominum servum tale vendere  
qui hoc ipso tempore nemini furtum fecerit, cum in finem, ut Dominus com-  
veniri



veniri vel servus noxa dari possit, nihil itaque obest, etiam si ante venditionem factam commiserit, modo nomine illius amplius obligatus non sit, ut noxa tradatur.

Qui putat se volente Domino rem contractare, cum tamen hoc fiat invito eo furtum non committit. *Pro Jura.*

Pœna laquei qua fures simplices afficiuntur, nimis rigida videtur.

*Furtivi mores fures faciunt, votantque  
Libertas noxa, non facit innocuum.*

*Versus.*

### LEX CLXXV.

Faciendi verbo reddendi etiam causa continetur.

Loquitur hic Iustus de significatione verbi faciendi, & dicit eam etiam reddendi causa contineri, sive illum etiam facere tenere, qui reddere quicquam cogitur. *Expositio.*

*Vid. l. 218. b. t. l. 2. de V. O.*

Si namque verbum facere largiori in sua significatione consideres, complectitur omnem causam dandi & faciendi unde & reddendi. *Leges. Ratio.*

Proprie autem si loqui velimus opponitur, dare & reddere facto, unde stipulationes quædam in dando, quædam in faciendo consistunt. *Rescriptio.*

Qui dicit Faciam ut Titius det, præcise factum hoc præstare non tenetur. *Pro Jura.*

Factum pure alienum inutiliter stipulamur.

*Reddendi verbum factum quoque continet in se  
Reddans nam certe quid datione facit.*

*Versus.*

### Lex. CLXXVI.

Solutionis verbo satisfactionem quoque omnem recipiendam placet. Solvere dicimus eum, qui facit quod facere promisit. *Hæc lex exp. l. 47. supra b. t.*

### Lex CLXXVII.

Natura cavillationis quam Græci Soritem vocant, hæc est, ut ab evidentibus veris, per brevissimas mutationes, disputatio ad ea quæ evidentibus falsa sunt perducatur. *Vid. oio. lex Ea est natura de R. I. quæ eisdem verbis habetur.*

Sz

Lex

## Lex CLXXVIII.

Pecunia verbum non solum pecuniam numeratam complectitur verum omnem omnino pecuniam; i. e. omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniae appellatione contineri nemo est qui ambigat.

**Expositio.** *Pecunie* Hanc vocem à penu dictam esse arbitrantur eo quod in pecoribus omnis veterum census contineretur. *Alciat* sed hic docet Ictus late eam accipi, ut omnia corpora comprehendat, quanquam etiam & species & jura contineat.

**Leges.** Vid. l. fin. C. de. constit. pecun. l. sed. Jul. S. Mutui ad S. C. Maced. l. si vero in fin. solut. matrim.

**Restrictio.** Sed lata illa explicatio vocis pecuniae. quin in favorabilibus saltem obtineat dubium non est; in odiosis autem sumitur saltem pro nummo, in mediis refertur ad id quod in numerato est, vel pondere vel mensura consistat ut in contractis: & leg. *Alciat ex Bart.*

**Nocturne.** Etiam illi qui iusti ponderis & valoris nummos eudunt cum auctoritate destituantur, crimen laesae Majestatis incurrunt.

**Versus** Non nummos saltem vox ista, Pecunia signat sed species etiam, corpora, jura notat.

### §. I.

Hereditas nomen juris est, quod & accessionem & decessionem in se recipit; Hereditas autem vel maxime fructibus augetur

**Extensio.** *Hereditas nomen juris est.* aliud est hereditas, aliud res hereditaria. Hereditas est jus, res hereditariae sunt corpora &c.

*Decessionem.* cum jus sit poterit pati decessionem, seu deminutionem cum plerumque fiat ut deminuat hereditas.

*Et accessionem* potest etiam augeri quod vel maxime fructibus fit; alias pluribus modis augetur pensionibus patta ancillarum.

**Leges.** Vid. l. 1. de rerum divis. l. ancillarum de pes. heredit.

**Nocturne.** Fructus pendentes filius sibi in legitimam jure naturae debitam computare potest.

Filius Hères fidei commissis gravatus recte duplicem quartam detrahit.

Om-

*Omnia cum Juris Possessor iure vocatur  
Heres, cuncta sibi commoda, damna capit.*

*Versus*

§ 2.

Actionis verbum & speciale est & generale, nam omnis actio  
sive in personam sive in rem sit, petitio dicitur, sed plerumque  
actiones personales solemus dicere. Petitionis autem ver-  
bo in rem actiones significari videntur. Persecutiones pu-  
to contineri, ut puta fidei commissorum & si quæ aliæ sunt  
quæ non habent juris ordinarii executionem,

Petitionis autem verbo in rem actionis significari videntur. Persecutio-  
nis verbo extraordinarias persecutionis puro contineri, ut puta fidei com-  
missorum, & si quæ aliæ sunt quæ non habent juris ordinarii executionem.

Vocabulum actionis aliquando latè accipitur, ut denotet omnem actio-  
nem sive in personam sive in rem, quanquam si in speciè sumas, vox actio-  
nis solum personales denotet, cum reales petitionis verbo designentur. Ab  
his duabus speciebus diversæ sunt persecutiones extraordinariæ, quæ nec  
actionis nomine, nec petitionis proprie veniunt.

*Expositio.*

*Vid. tot. tit. J. de Act. l. ult. C. de hered. vel act. vend. §. 15. Inst. de action. Leges.*

Aliquando tamen adeo latè sumitur vox actionis, ut etiam persecutio-  
nes utpote quæ sine cum actionibus conveniant sub se contineat.

*Restrictio.*

Actionis definitio *pr. Inst. de Act.* tam ad Reales, quam personales actio-  
nes spectat.

*Notio.*

*Ut personales vox ACTIO, seque reales  
Cominat. & propriis vocibus illa venit.*

*Versus.*

§ 3.

Hoc verbum debuit omnem omnino actionem comprehen-  
dere intelligitur sive civilis sive honoraria sive fidei com-  
missi fuit persecutio.

Refutari possunt hoc §. illi, qui Definitionem Actionis in Inst a Tribu-  
niano traditam insufficientem arbitrarentur, eo quod personales saltem de-  
finiat actiones propter vocem debere; Sed Ictus h. l. dicit hanc vocem o-  
mnem omnino actionem continere, adeoque debere non is modo intel-  
ligendus est, qui ex personali quadam obligatione nobis obstrictus est, sed

*Expositio.*

§ 3

& is

& is, qui rei vindicatione conveniri, & a quo quid extra ordinem postulari potest, nam & ille nobis aliquid debere dicitur.

*No' exp.* Is, qui id, quod Titius debet, fide sua esse iussit, id, quod officio iudicis accessorie debetur non re arciet.

*Versus.* Debitor est etiam cuius persona ligata est  
Hoc nomen rebus competit aequae Tuis.

## Lex CLXXIX.

Inrer haec verba quanti ea res erit, vel quanti eam rem esse patet, nihil interest in utraque enim clausula placet veram rei aestimationem fieri.

*Explicatio.* Docet hic Ictus differentiam inter phrasin quanti ea res erit, & quanti interest dicit phrasin quanti ea res erit, vel quod idem est, quanti eam rem esse patet, pertine ad veram rei aestimationem, eamque non excedere, sed id quod interest plerumque rei pretium excedit: & alias pro facti varietate varie aestimatur.

*Leges.* Vid. l. 93. h. t. l. arbitr. de dolo mal. l. Prator vi ben. raptor.

*Restrictio.* Aliquando tamen etiam haec Phrasin id quod interest sub se comprehendit, ut quando lex contra Magistratum qui damni infecti cavere non curaverit quanti ea res est actionem dat, tum enim non tantum damnum ipsius rei sed etiam accessionis resarcire cogatur.

Refertur haec phrasin etiam aliquando ad penam. ut cum quis stipulatur si dolus malus non aberit quanti ea res erit dare spondes. l. Novissimo jud. sol. ex Bartolo

*No' exp.* Actiones arbitrariae tertiae & Separatae speciem, diversam a b. f. & stricti Juris, Constituunt

*Versus.* Si precium cause Te reddere iura jubebunt  
Non cessans luerum, Te reparare volunt.

## Lex CLXXX.

Tuguri appellatione omne aedificium quod rusticae magis custodiae convenit, quam urbanis aedibus significatur. O filius ait tugurium a tecto tanquam tegularium esse dictum ut toga quod ea tegamur.

Expli.



Explicat hic **ICTNS** quidnam sit rugurium & unde deriveretur. dicit esse  
omne aedificium, rusticum quod custodia vinearum &c. convenit. *Di-Expositio.*  
ctuma, putat a tegendo quod tegat nos ab aere & pluvia, eandem derivatio-  
nem habet *Isidor. l. 14. c. 12.*

Non tamen omne aedificium rusticum custodiae causa paratum denota-  
re credendum est, sed gurgustiolum quod ulva, arundine, cespice, tectum est,  
non vero quod parietibus lateritiis constat. *Alciar.*

Concedens alicui aedificium ut falsa noneta in eodem evadatur Domi-  
num eius amittit.

*Nomen habet ruguri, cuspis, quod rure colonus  
Incolit, & vili, cespice tecta parat.*

*Restrictio.*

*Hoc est p.*

*Versus.*

## Lex CLXXI.

Verbum illud pertinere latissime patet. Nam & eis rebus peten-  
dis aptum est, quae domini nostri sunt, & eis quas iure ali-  
quo possidemus. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quae  
in nulla eorum causa sint, sed esse possunt.

*Vox pertinere latissime patet.* Principaliter quidem ea res ad nos perti-  
net cuius domini sumus, secundo etiam ea, quae saltem possidemus, seu  
quae pignoris loco habemus. Tandem & ea quae nondum nostra sunt, sed  
aliquomodo fieri possunt, pertinere ad nos dicuntur. *Expositio.*

*Vid. l. 1. si ager veft. cor. l. 3. de reb. l. 6. §. 4.*

Si aliquis mihi servum promissit etiam si simpliciter saltem,  
num actionem seu jus ad rem, habeant, possum tamen dicere ad me perti-  
nere, idque ideo, quia fieri potest ut actione illum, qui servum mihi pro-  
misit, conveniam a deo que mihi servum acquiram. *Leges.*

*Cujus possessor vocor illud pertinet ad me.*

*Hoc quoque, quod cesso querere jure queo.*

*Versus.*

## Lex CLXXII.

Paterfamilias liber peculium non potest habere, quemadmo-  
dum nec servus bona.

Peculium proprie est parva pecunia concessa servo vel filio familias ab  
eo in cuius potestate est, hinc patet patrem familias liberum, nam olim *Expressio.*

*non*

non omnes patresfamilias: simpliciter liberi erant; *Cujac Gadd. Godofred*  
h. t. nec omnes liberi statim familias: non posse habere peculium quia in  
nullius potestate est, a quo ipsi peculium concedi possit: Quemadmodum  
autem servus peculium habere potest, bona non potest, ita paterfamilias  
bona recte habet, non vero peculium.

*Leges.*

*Vid. l. 4. l. 5. l. 6. l. 39. de pecul. S. item vobis per quas personas.*

*Ratio.*

Cur paterfamilias liber non possit habere peculium supra explicata est,  
servus autem bona ideo habere non potest, quia inter res habetur, & quic-  
quid acquirit domino suo acquirit.

*Restrictio.*

Aliquando tamen peculium idem denotat quod patrimonium l. cogi ad  
S. C. Trebell. aliquando etiam pro tali pecunia quam quis in subitior casus  
repositum habet, accipitur, hisce duobus modis recte paterfamilias com-  
petet, uam & patrimonium habere potest, & seponere, etiam in casus su-  
bitos certam pecuniam summam.

*Proxiore.*

*Peculium adventitum ex Novell. 117. c. 1. N. 118. c. 2. N. 34. c. 11. totum ad  
filios spectat.*

*Versus.*

*Qua Domini sunt hæc proprio BONA nomine dices  
Atq; PECVLLIA. que servus habere potest.*

## Lex CLXXLIII.

Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ædifi-  
cium non ex eo quod tabulis claudatur.

*Expositio.*

Taberna proprie dicitur Festo illud ædificium quod tabulis tectam  
est, sed hic docet Ictus posse etiam, quodlibet ædificium habitandi caus-  
sa exstructum dici tabernam, idque inde videtur pro manasse quod referen-  
te *Alciat* antiquitus Romani parvas & tabulis tectas incolerent ædes

*Extensio.*

Ast non illæ solum ædes quæ ad habitandum idoneæ sunt, verum etiam  
quæ negotiationis causa comparatæ, tabernæ dici possunt. *Cujac. & Gadd.*

*Proxiore.*

Argumentum ar Etymologia negative desumptum non valet, nisi habeat  
vim definitionis *Alciat*.

*Versus.*

*Non tabulis poteris tectas vocitare Tubernas  
Ædes, sed quas, quas habitare licet.*

Königsberg. Diss., 1610/70


ULB Halle 3  
004 398 270



f  
Sb.

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

41  
/

ATIO

UM

RUM

SIGNI-

ONE,

ANTE

ACULTATIS

Æ,

*Academ.*

MITTUNT

S

DERUS, U. J. D.

MARIUS, SAMBIEN-

DR. h. t. DECANUS.

ENS

DI, Sor. Lusat.

ni 1666.

NTI,

ect. Brand. & Acad. Typogr.

